tuli oculos: plena oīa uideo aīorū ac roboris: ue-
teranum peditem: generosissimarū gentiū equi-
tes: frenatos et infrenatos: uos socios fidelissimos
fortissimosq;: uos carthagineses cū ob patriā
tū ob iram iustissimā pugnaturos: inferimus
bellū: infestisq; signis descendimus in italiam
tanto audatius fortiusq; pugnaturi: quanto
maior spes maiorq; aīus inferentis est uim:
quam arcentis: Accedit preterea aīos et sti-
mulat dolor: iniuria: indignitas ad supp-
liciū depoposcerē me ducē p̄mū: deinde uos
om̄es: qui saguntū oppugnassetis: deditos
ultimis cruciatib; affecturi fuere: crudelis-
sima ac superbissima gens sua oīa suiq; ar-
bitrii facere: cū quibus bellū: cū quibus
pacem habeamus: se modū imponerē equū
censet. Circūscribit: includitq; nos termīs
montiū fluminūq;: quos ne excedamus:
neq; eos quos statuit terminos: obseruat.
Ne transieris iberū: ne quid rei tibi sit cum
saguntinis: ad iberū est saguntū: nusq̄
te uestigio moueris: parū est: quod ueter-
rimas prouincias nr̄as Siciliā ac Sar-
diniam ademit etiam hispaniā: si inde
cessero: in africam transcendet. Transcen-